

D. Ioan. Gutierrez

nis eam tenent ibi Ant. de Burr. num. 1. Abb. secundo. Alexand. de Neu. numero etiam secundo. & alij DD. quos refert, & sequitur D. Couar. in quarto de spons. secunda parte. 3. §. 5. numer. 1. Barbol. in Rubrica. ff. solut. matrim. quarta parte. numero 30. & plures Theologi, quos refert, & sequitur Sanchez ubi supra. d. lib. 2. disputacione 19. numero secundo. vbi re de expendit in hoc d. cap. ex literis. & numero tertio inquit, primam opinionem esse probabilem satis, sed hanc secundam esse probabilior, eandem sequitur Manuel Rodriguez in sua Summa primo tom. in secunda editione. cap. 251. num. quarto. & cap. 244. num. 4.

Ego vero hanc secundam proculdubio probo verior, & receptior, & credo primam contrariam minime esse veram, probabilem, nec tenendam in iudicando, & consulendo.

Limitatur tamen hæc sententia in metu leui, qui non irritat sponsalia, sicut nec matrimonium, vt per Sanchez ubi supra. numero 4. est que verissimum; in conscientia tamen contrahens sponsalia metu leui potest propria autoritate resiliere ab eis ex rationibus, de quibus de per eundem ibi num. 6.

An autem iuramentum in matrimonio metu graui præstitum obligationem patriat, ita vt indigeat relaxatione in aliis contractibus. alias inualidis, late egimus de hoc in nostro tractatu de Iuramento Confirmatorio. prima parte. cap. 17. n. 19. cum sequentibus. vbi resolutum affirmatiue contra alios: nosque refert, & sequitur plurimos eiusdem sententia. Authores congerens contra alios Thomas Sanchez. d. lib. quarto. disputacione 20. num. quarto. quamuis prior sit probabilis, & in praxi, apud iudices seculares recepta secundum Couar. quem citat numero tertio. & numero octauo resoluti, concedendam esse relaxationem ab Episcopo ab eo iuramento, licet metus sit leuis, cum aliis pluribus Authoribus contra alios, quos numero præcedenti retulerat.

Sed in iuramento graui metu extorto adiecto matrimonio aliud probauimus ubi supra. numero 22. que sententia est verissima, communis, & tenenda propter summam libertatem requisitam in matrimonio, ideo merito, quod iuramentum extortum graui metu in matrimonio ipsum non confirmet, nec obliget, ac proinde relaxatione non indigeat, quam sententiam nos referens ubi supra. & alios plurimos sequitur Thomas Sanchez ubi supra. numer. 15. 17. & 19.

Non tamen matrimonium metu graui contractum iuramento confirmatur, quia matrimonium metu contractum irritum est ex defectu liberi consensus, vt in cap. cum locum de sponsal. cum similit. iuramentum non supplet defectum consensus substantialiter requisiti, vt notat DD. in cap. fin. de procurat. lib. 6.

Et hinc est, vt is qui post matrimonium metu contractum, & iuratum non duxit, permanere debet, cum secunda priusque matrimonium fuit inualidum. expressus in c. 2. de eo qui duxit in matrim. c. 2. vbi glossa verbo tamen. hanc opinionem principalem tenet, & ibi communiter DD. & alij quos refert, & sequitur d. disputacione 20. numero 12. & 13.

Nec etiam sponsalia metu contracta accedente iuramento valida efficiuntur, vt per eundem ibi disputacione 21. numero primo. vbi numero 2. & 3. late agit, an id iuramentum obliget, relaxationeque indigeat, sicut iuramentum soluendi vsuras, referique duas sententias diuersas in hoc Doctorum, primam probabilissimam affirmatiuam, alteram negatiuam verior, quam probo, sicut in matrimonio huiusmodi modo probauimus.

Admonet tamen numero nono, sponsalia metu le-

ni contracta, & iuramento stabilita, quamuis valida sint, prout erant seculo iuramento, arminimè confirmare iuramentum hoc, talem contractum in foro conscientia, quare poterit contrahens illis contrahentem obiecta ab Episcopo absolute iuramenti iuxta dicta à se disputacione præced. numero 8. & nono.

Iuramentum autem accedens promissioni dotis, & constitutioni Procuratoris ad matrimonium, & voto, vel professioni Religionis metu extortum non obligat, nec indiget absolute, vt cum aliis probat late idem Author d. disputacione 21. numer. 5. & sexto.

Post hæc scripta in lucem prodit sua commentaria Fr. Basilius de impedim. matrim. cap. 29. §. 12. pagina 424. cum sequentibus. vbi in summa duo probat, & obseruat, primum quod si metus siue iustus sit, siue iniustus non inferatur ad extorquendum matrimonium, sed aliquis sit in metu constitutus ex graui malo, vel quod natura accidit, vel in quod sua se culpa coniecit, matrimonium valet. Secundum, quod quando metus iustus iniecit, ad eum tamen finem, vt matrimonium contrahatur, etiam tunc dicendum est ex communi certaque sententia valere matrimonium iure naturali, vt docent non pauci, quos refert, & sequitur Sanchez lib. 4. disputacione 13. à numero tertio. & Basilius ubi supra. §. 13. per totum.

Resoluit, matrimonium ex metu iniusto celebratum esse ratum, sed Ecclesie autoritate dissolui, vt post alios probat Sanchez ubi supra. disputacione 12. numero secundo; quamuis ipse Basilius ubi supra. d. §. 13. versiculo ceterum, dicat verius sine dubio esse matrimonium initum ex graui metu esse nullum, non solum iure Ecclesiastico, sed etiam inspecto naturali.

CAPITVLVM LXXXVII.

De matrimonio, & sponsalibus metu celebratis.

S V M M A R I V M.

- 1 Metus quatuorplex sit.
- 2 Metus minor desideratur in femina, quam in viro constans.
- 3 Metus minor cadit in puerum, quam in virum.
- 4 Metus qui dicitur cadens in constantem virum, arbitrio iudicis relinquatur; & quid iure Regio. numero 5.
- 6 Metus mortis, mutilationis membri, & grauis corporis cruciatu, grauiusque verberum cadit in constantem virum.
- 7 Testibus deponentibus de metu magis credendum est, quam uide testibus deponentibus de spontanea voluntate.
- 8 Metus armorum est cadens in virum constantem, licet illa portans eis non utatur; & etiam si arma fuerint deposita in numero 9.
- 10 Metus carceris an sit cadens in constantem virum?
- 11 Metus infamiae an sit cadens in constantem virum?
- 12 Metus excommunicationis an sit cadens in constantem virum?
- 13 Metus amissionis honorum an sit cadens in constantem virum?
- 14 Metus amissionis magni lucris an sit cadens in constantem virum?
- 15 Metus reuerentialis in quos datur, vt dicitur cadere in constantem virum?
- 16 Metus in personam filiorum, & aliorum continuentium adicitur cadens in constantem virum?

17 Preces importuna, an & quando inuentiani iustum metum.

Duplex est metus, vnus cadens in constantem virum, alter vero in incōstantem: vt in c. veniens, el segundo, de sponsal. c. cum dilectus de bis, que vi. &c. Iurisconsultus autem in l. metum. la segunda, ff. de eo, quod met. causi. metum cadentem in virum constantissimum inuenit: sed ibi accipitur superlatiuum pro positio, nempe in virum constantem, ad quem reducitur adiectiuum illud constantissimum, secundum Dec. in cap. fin. num. 2. de appell. & in c. causam matrimony, numero 4. de officio de leg. Menoch. de arbi. jud. lib. 2. centuria 2. casu 135. numero 2. Flamin. Paris. de veignat. benef. lib. 13. quest. 1. n. 54. cum sequent. quos sequitur Thom. Sanch. lib. 4. de matrim. disputacione 1. numero 9. id comprobans à simili xl. metum. la primera. ff. eodem iulio. quod met. causi. vbi dicitur metum esse maioris mali timorem, id est, magi, vt explicat ibi glossa in principio, & ita merito Abb. in d. c. cum dilectum. numero 3. exponens Iurisconsultum in d. l. metum. la segunda. ait sufficere, communem timorem, vt cadat in virum constantem. Appellatur etiam prior timor iustus in ca. fin. de appell. & posterior iniustus, item prior appellatur probabilis, posterior improbabilis, & præterea grauis, & leuis, siue vnus, vt ex aliis Authoribus probat Thom. Sanchez ubi supra. & num. 9. cum sequentibus late congerit, probat & declarat quinq; conditiones, que requiruntur, vt metus cadat in virum constantem, & hæc in summa sunt: prima, vt malum, quod timetur, graue sit: secunda, vt æstimatio mali, quod timetur, sit fortis, id est, vt timens non vane, leuiterque credat, malum illud sibi imminere, sed probabiliter, & rationaliter: tertia, vt inuentionem metum potens sit minas exequutioni mandare, quia non est viri constantis ac fortis terreni quibuscuque minis, vt viri inermis, vel si minans sit senex, vel debilis, & alter iuuenis, ac fortis: quarta vt metum inuentis sit solitus minas exequi in eodem genere non semel aduersus alios; secus si sit homo facile minas iactans, facilliusque ira deposita nihil, aut parum exequutioni mandans: quinta, conditio est, quod timens non possit facile occurrere malis, alias secus.

Minor autem metus desideratur in femina, quam in viro, femina namque suapte natura sunt valde imbecilles, vt late docet, & probat Tiraquell. in l. 1. connubial. num. 71. cum sequentibus. quamuis enim aliquæ feminae inueniantur constantiores frequentius tamen euenit, quod prius de eis diximus, nempe suapte natura timidiore & imbecilliores esse, ad quod illi adaptantur, l. nam ad ea. ff. de leg. & in terminis quod minor metus sufficiat in femina ad annullandum contractum matrimonij, & ad rescindendos alios contractus, quam in viro tenet glossa in c. cum locum. verb. metu de sponsal. & ibi communiter DD. D. Couar. de spons. 2. parte. c. 3. §. 4. num. 2. & 9. Suarez allegat. 24. num. Gregor. Lop. in l. 1. tit. 2. partia 4. in glossa todo: nos consil. 16. num. 3. & 13.

Vbi quod si minor metus cadit in puerum quam in virum, vt docet experientia: eandem opin. tenet Menoch. de arbi. jud. lib. 2. centuria 2. casu 135. num. 4. & 5. Mantia. de conuict. vltim. volum. lib. 2. tit. 7. n. 7. Nauar. in Manual. c. 22. num. 31. & alij quamplurimi Authores vtriusque iuris, & Theologi, quos in vnum congerit, & sequitur Thom. Sanch. nouissime de matrim. lib. 4. disp. 2. n. 2. est que receptissima, & tenenda hæc sententia.

Ex qua primo inferit Sanchez, ubi supra. num. 3. quod dum text. in c. consultationi de spons. ponderat ad irritandum feminae matrimonium, initum esse metu cadenti in virum constantem, ea verba magis prouerbij loco ponuntur pro metu non leui, & vano, quam vt

verbis inherendum sit: vnde recte inquit, sufficere metus, qui cadat in feminam constantem, si que pensandum esse ad annullandum matrimonium antequam contractus à femina metu celebratos, quod femina constans tunc metueret pensata, naturali feminarum constantia; quibus à natura inest minor animi vigor, corporisque fortitudo; vt docent Ant. de Burr. in d. c. consultationi. num. 4. Abb. num. etiam 4. Præpos. 5. & Alex. de Neuo num. 7. & alij quamplures, quos citat, & congerit Sanch. ubi supra, qui numer. 4. idem dicendum esse asserit eadem ratione, non tantum in femina respectu viri, verum etiam inter ipsos viros, quia vt discernatur, quis sit metus cadeos in virum constantem attendenda est ætas, vt si sit senex vel puer, cui metus iniecitur, similitur eius fortitudo, innataque animi magnitudo; aut paruitas, & fragilitas, & sic attendenda est qualitas personæ metu passæ, vt ibi late probat, & plurimos id tenentes allegat.

In summa arbitrio iudicis relinquatur, iuxta dicitur metus cadens in constantem virum quod gloriolum communiter approbatam in l. interpositas. C. de transacti. & ibi DD. præcipue Padill. qui communem esse affirmat num. 13. ex testim. D. Couar. eandem sequitur plurimos referens, dicens, quod omnes pene nostri hoc dixerunt Menoch. de arbi. jud. lib. 2. centuria 2. casu 135. num. 3. vbi num. 4. & 5. quod iudex prudens, ac diligens iustum metum arbitrabitur, iuxta personarum qualitates, & quod sic minor metus cadit in puerum, quam in virum, vt docet experientia, quæ omnia, & nos sequati sumus consil. 16. num. 12. & 13. & quod relinquatur arbitrio iudicis est concors Doctorum sententia secundum Tho. Sanch. d. lib. 4. de matrim. disputacione 3. num. 1. vbi hoc iure probat, & refert plures id tenentes, & ampliat, vt procedat etiam in foro interno prudentis arbitrio secundum Veramer. prima parte. Spécult. ar. 3. num. 8. præfatam sententiam, quod relinquatur arbitrio iudicis, quis dicatur metus cadens in virum constantem communem etiam probitetur ex Couar. vbi supra, Villalob. in sua Antin. jur. litera M. num. 72. & sequitur alios allegans Olanus in sua Concord. jur. litera M. numer. 40. Hoc tamen arbitrium versabitur tantum in casibus non expresse à iure metu cadentis in constantem virum, nam quoad ea mala, quæ iure constat esse sufficientia ad metum viri constantis, non dabitur, nec datur arbitrium iudicis ad discernendum an is metus sit cadens in constantem virum, necne? siquidem à iure discernitur esse metum sufficientem, & sic cadentem in constantem virum: arbitria namque data sunt in his, quæ sub regula comprehendi nequeunt ob humanam varietatem, vt notatur in l. non possunt. ff. de legib. & docet Bald. in c. 2. de bis. qua vi met. vel causi. fin. vnde secundum Syluest. in Summa verbo metus. q. 1. in fin. quem sequitur Sanch. d. lib. 4. disp. 5. num. 2. arbitrium erit, quantum ad ea mala, quæ deducuntur ad mala expressa in iure, & quoad discernendum an sit probabilis æstunatio illorum.

Iure tamen Regio (si credimus Villalob. ubi supra) sublatum est arbitrium ex l. 7. in vers. o i o j de iuris que metus. in 33. partiu. vbi dicitur, que metus est Latinis iuris querere dezer en Romance. como meca de muerte. o de cormento de cuerpo, o de perdimento de miembro, o de perder libertad. o las carnas por que la podria amparar. o de recibir desbor vapor que fincaria infamado de tal modo como este. o de otro semejante. sibilian las leyes deste nuestro libro, &c. ergo tollitur arbitrium iudicis in hoc. si quidem certi casus metus alij natur in d. l. Regia. sed errat in hoc Villalobos, secundum Olan. ubi supra. si quidem expresse datur arbitrium iudicis, in ea l. ibi, o otro semejante, &c. ex quo deducitur illos casus esse in

ea expellat gratia exempli, & Olanum in hoc sequitur latius idem probans Thom. Sanch. ubi supra, num. 3. post Enriq. lib. 11. de matrim. cap. 9. numer. 3. c. 1. commento litera T. quem citat: sed te vera, quamuis in hoc nulla sit antinomia inter ius Commune, & Regium, vt bene aduertunt, & probant Olanus, Enriq. & Sanch. ex verbis d. l. 7. ibi, o de vtro semelante, non tamen fuit oblitus Villalobos horum verborum, siquidem refertens verba d. l. Regie inquit, vel similia, citans statim ad hoc d. l. 7. tit. 33. part. 7. nihilominus tamen merito improbat, quatenus voluit esse in hoc articulo antinomia inter ius Commune, & Regium, siquidem nulla est, quia vtrumque ius idem disponit.

Quo fit vt circa controuersiam metus mortis cadat in constantem virum, idem que dicendum est de metu mutilationis membri: & de timore graui corporis cruciatus, vt in ea, cum dilectus de his que vi met, vt caus. sum. & d. l. Regia 7. ad quem metum graua verbera reduncunt, cum grauius crucient, vt doceant omnes teste Thom. Sanch. d. d. h. 5. num. 4.

Et magis credendum esse rebus de spontanea voluntate probat idem Sanchez lib. 4. disp. 27. per totum.

Metus etiam armorum est cadens in virum constantem, licet portans arma eis non vtatur, l. tertius in princ. pro. ff. de vi. & vi arm. & ibi Bart. & Angel. l. 15. tit. 2. part. 4. ibi, como si vesse armas. & ibi Greg. Lopez verbi tomessen diximus consil. 16. num. 8. Padilla m. cum proponas, la primer a. num. 7. C. de transactio. Ant. Cuch. lib. 5. infir. maior. tit. 12. num. 158. Ioan. Garcia de nobil. glossa 17. num. 16. Thom. Sanchez d. d. h. 5. num. 5. lib. 4.

Idemque est dicendum etiam si arma semel sumpta fuerint deposita, vt cum aliis resoluimus ubi supra num. 10. loquendo in matrim. Greg. Lop. & Sanchez ubi supra. necnon & Cuch. num. 159. & Ant. Gab. & Sanch. citatus, qui num. seqq. idem probat de metu seruitutis, vt in d. l. 15. titulo 2. part. 4. & l. 7. tit. 23. part. 7. quamuis non in continentiam illis instrumentis redigendus sit in seruitutem, quia sufficit id periculum posse euenire, & idem de captiuitatis, & graui exilij timore.

De metu autem carceris, quod fit iustus, & ita cadens in constantem virum est text. in l. nec timorem, & l. quoniam carcerem. ff. de eo. quod metus caus. de cuius materiz intellectu egimus late in nostro tractatu de luyam. consirm. prima parte, cap. 37. per tot. & precipue numero 5. egimus de matrimonio contracto per incarcerationem distinguendo casus.

Sed dubitant DD. de quo metu hoc intelligendum sit, quidam enim indistincte loquuntur, alij vero de carcere perpetuo, sed melius hoc intelligi debet de carcere diurno, & de vinculis atrocibus, quia tunc est grauissima poena, secus vbi carcer breuis esset, vt docet Sotus in 4. dist. 29. q. 1. art. 2. versic. eiusmodi metum. Dragon. 2. 2. q. 88. art. 3. § pro explicacione huius difficultatis. Henriquez lib. 11. de matrim. cap. 9. num. 4. Bart. & Ledesma. de matrim. dubio 23. fundamento 3. Manuel. Rodrig. in Sum. 1. tom. in 2. editione. cap. 231. conuisione 3. numer. 3. quos refert, & sequitur cum aliis Authoribus primz, & secundz sententiz predicti Thom. Sanch. d. d. h. 5. num. 9. per totum. vbi numeris sequentibus agit de timore amissionis status, & de metu honoris amittendi, & stupri comminatione sine viro, siue mulieri, vt idem in supradictis dicendum sit, scilicet vt dicatur iustus metus in constantem virum.

De metu autem infamiz vt ibi refert num. 13. non constat inter DD. siquidem hi sunt in triplici sententia, ipse vero Sanchez duabus conclusionibus articulum hunc absoluit: prima est affirmatiua in metu

infamiz iuris, vt si quis deprehensio in delicto infamiz comminetur ei prodicionem, vt cauetur in l. nec timorem 7. & ibi glof. & in l. isti quidem. §. fin. ff. de eo quod met. caus. & docent Sum. Rosel. verbo metus. n. 2. & ibi Angel. & Syluest. q. 4. Sotus in 4. dist. 29. q. 1. art. 2. infir. Palac. Veracruz. Ledes. Henric. & Manuel relati per Thom. Sanch. ubi supra.

Secunda conclusio est eiusdem ibidem num. 15. huiusmodi metus infamiz facti, cui non facile occurri potest, cadit in virum constantem; secus quando facile occurri potest, vt ibi late probat hoc intelligens quando infamia est grauis, & alicuius momenti, secus si sit leuis.

De metu autem excommunicationis quidam affirmant eum cadere in constantem virum, alij vero negant, sed in hoc, distinctione vti oportet; aut enim excommunicatio est iusta, & tunc eius metus non cadit in virum constantem, qui est medicinalis; aut est iniusta, & tunc eius metus cadit in virum constantem, ita plurimos hanc distinctionem sequentes cumulat, tenet, & probat Thom. Sanchez d. d. h. 5. numero 17. vbi num. 18. affirmat hanc sententiam intelligendam esse in secundo membro, quatenus habet metum excommunicationis iniustiz cadere in virum constantem, quando ei facile non potest occurri, veluti si excommunicatus non potest sibi consulere appellando, vel quia non audeat ob potentiam excommunicantis, & quia non habet in promptu superiorem ad quem appellet, vel sunt, necessarii sumptus, & est pauper, aut appellando est periculum in mora obtinendi absolutionem, & impendat aliquod dampnum de presenti ob excommunicationem, vt cum Abb. Felin. & aliis pluribus ibi probat; eandem distinctionem communiorum, & veriore affirmat Fr. Basil. de imped. matr. c. 29. §. 6. pag. 402. versic. ceterum mibi.

De metu vero amissionis bonorum due sunt sententiz contrarie, vna affirmatiua, & altera negatiua, prout eas refert cum suis Authoribus Thomas Sanchez ubi supra, numero 20, qui numero 21. cum sequenti plurimos referens probat, & resoluit metum amissionis bonorum, vel maioris partis cadere in constantem virum, & num. 27. id temperat quande bona adeo exigua sunt, vt illis detentis, aut deperditis non ideo pauperior, aut ditior moraliter loquendo possidens efficiatur, quia tunc cum id quod modicum est pro nihilo reputetur, nullius momenti quoque reputabitur ea iactura, & num. 24. secundo limitat eandem conclusionem affirmatiuam quando talis est maior pars bonorum, vt metum passus absque illa sustentari minime possit secundum aliquos Summistas, quos refert, sed sibi non placet hac limitatio, & vniuersaliter credit esse verum timorem amittendi maiorem partem bonorum esse iustum, vt ibi late probat. Imo num. 25. idem credit quando non est metus amissionis omnium facultatum, vel maioris partis, si sit metus amissionis rei magnz, & notabilis, quia virum constantem iure optime hoc terret, vt ibi probat, & allegat DD. hoc tenentes atque sentientes, & num. 26. idem tenet in timore amissionis instrumentorum totius, vel maioris partis patrimonij, vt id fit metus cadens in constantem virum contra glossam in l. isti quidem 8. verbo metus. ff. de eo quod met. caus. sed cum additione ibi, & Bald. in §. si is, in fin. eandem affirmatiuam sententiam tenet Fr. Basilus de imped. matrim. cap. 29. §. 6. pag. 402. versiculo de mibi.

De metu vero amissionis bonorum due sunt sententiz contrarie, vna affirmatiua, & altera negatiua, prout eas refert cum suis Authoribus Thomas Sanchez ubi supra, numero 20, qui numero 21. cum sequenti plurimos referens probat, & resoluit metum amissionis bonorum, vel maioris partis cadere in constantem virum, & num. 27. id temperat quande bona adeo exigua sunt, vt illis detentis, aut deperditis non ideo pauperior, aut ditior moraliter loquendo possidens efficiatur, quia tunc cum id quod modicum est pro nihilo reputetur, nullius momenti quoque reputabitur ea iactura, & num. 24. secundo limitat eandem conclusionem affirmatiuam quando talis est maior pars bonorum, vt metum passus absque illa sustentari minime possit secundum aliquos Summistas, quos refert, sed sibi non placet hac limitatio, & vniuersaliter credit esse verum timorem amittendi maiorem partem bonorum esse iustum, vt ibi late probat. Imo num. 25. idem credit quando non est metus amissionis omnium facultatum, vel maioris partis, si sit metus amissionis rei magnz, & notabilis, quia virum constantem iure optime hoc terret, vt ibi probat, & allegat DD. hoc tenentes atque sentientes, & num. 26. idem tenet in timore amissionis instrumentorum totius, vel maioris partis patrimonij, vt id fit metus cadens in constantem virum contra glossam in l. isti quidem 8. verbo metus. ff. de eo quod met. caus. sed cum additione ibi, & Bald. in §. si is, in fin. eandem affirmatiuam sententiam tenet Fr. Basilus de imped. matrim. cap. 29. §. 6. pag. 402. versiculo de mibi.

De amissione autem magni lucri late agit Sanchez ubi supra, numero 27. & 28. vbi resolut tunc esse iustum metum amissionis magni lucri atque cadentem in constantem virum, quando metum passus per iniuriam arceatur a lucro, ad quod jus habebat, vt

De conditionibus appositis in matrimonio, & praesertim, de illa inter impediti, si Papa dispensauerit.

DE MATRIMONIO.

Matrimonio vel sponsalibus contractis sub conditione si Papa dispensauerit, an sit licita penitentia, & numeris sequentibus, & an ea contrahentes incurrant sententiam excommunicationis? num. 4.

Penitens matrimonio, vel sponsalibus sub conditione si Papa dispensauerit, contractorum tenetur restituere alteri pariter volenti stare contractum, expensam dispensationis.

Matrimonium inter impeditos contractum an valeat non adiecta conditione, si Papa dispensauerit.

Oscula, & alij tactus impudici non sunt liciti inter sponsos de futuro impeditos contrahere matrimonium, adiecta conditione, si Papa dispensauerit.

Plura in hac materia examinat Thomas Sanchez lib. 1. de matrimonio, disputatione prima cum sequentibus.

ET in primis agam de matrimonio, vel sponsalibus contractis inter consanguineos, vel affines, sub conditione, si Papa dispensauerit: & quamuis hanc questionem latissime, & perspicue examinauerim supra lib. primo Canonico questionum cap. 22. per totum, vbi res opiniones cum suis fundamentis retuli, primam validum esse huiusmodi contractum atque irrenocabilem, secundam penitus oppositam, tertiam quam cum aliis Authoribus probauimus validum esse, sed tamen reuocabilem.

Nunc autem, quia post nos eandem questionem latissime dilexit Thom. Sanchez d. lib. 5. disp. 5. per totum, & aliter sentit: dicam quod sentio.

Primo quatenus refert praefatas tres opiniones Thomas Sanchez cum suis fundamentis & Authoribus, bene quidem se habet, non tamen placet quatenus ibidem, d. disputatione 5. numero 13. inquit quod prima sententia probabilis est, sed tertia multo probabilior, nempe, talem promissionem obligare, & neutri altero multo fas esse resiliere sine ante, huc post obtentam dispensationem: secundam autem (hoc est) nostram sententiam praed. inquit, minime se percipere: quia non videt qualiter stare possit aliquem esse obligatum & semper posse resiliere: si enim potest resiliere (inquit ille) ergo non est obligatus, & quia simile de sponsalibus impuberum sibi non arridet, quia impuberes non semper resiliere possunt, sed statim quod pubertatem nacti fuerint: at iuxta nostram sententiam possunt semper contrahentes resiliere, nisi obtenta dispensatione nouam obligationem ineant.

Non enim prima d. sententia probabilis est, nec tertia multo probabilior, sed potius secunda, quae est nostra non solum probabilior, sed communis, & receptor atque proinde tenenda in iudicando, & consulendo, prout illam vidi in praxi, & facti contingentia sententia in contraditorio iudicio lata obseruata, vt affirmauimus in fin. d. cap. 22. & constat esse communem ex Authoribus quos ibidem retulimus num. 17. & 18. & est etiam verior ex fundamentis de quibus ibi: simile namque de sponsalibus impuberum satis astringit in proposito, quamuis enim impuberes non semper possint resiliere, sed statim ac pubertatem nacti fuerint: paulo ante, aut post, nempe triduo, vt idem Author cum aliis resolut

lib. 1. *disputatione 51. numero 6. & 14.* non vero semper: at iuxta nostram, & communem sententiam contrahentes sub conditione, si Papa dispensauerit, possunt semper resiliere, hoc ideo est, quia semper manet idem impedimentum, quousque non est expedita, & absoluta dispensatio à Commissario. & Delegato Papæ, atque eadem debilitas consensus: impubes autem post completam ætatem, & iam diu factus pubes permans in prædicto suo consensu eum ratificare plene, & perfecte videtur cessante iam impedimento defectus ætatis. quare simile prædictum à nobis adductum respectu temporis imbecillitatis ætatis bene currit, atque astringit, quod sufficit ad probandam nostram sententiam. licet perfecta iam diu plene ætate resiliro amplius non possit: sicut idem merito videmus, & est dicendum in nostra specie de sponsalibus sub conditione, si Papa dispensauerit, celebratis, sunt namque vera sponsalia, & obligant irrevocabiliter, quando obtemperant dispensatione ratificati prior consensus, nempe quando iam concessa dispensatione per Ordinarium proceditur ex contrahentium consensu ad denunciations in Ecclesia faciendas, quia id est contractum promissionis tempore habili continuare, & niti, ut ad effectum perducatur, ut fatetur, & tenet Thom. Sanchez d. lib. 5. d. 5. num. 4. & 5. in fin. quo casu merito limitatur à ratione cessante præd. 2. & receptio sententia.

Idem est dicendum quando huiusmodi consanguine, vel alio impedimento affecti contraxerunt per verba de presenti sub conditione, si Papa dispensauerit, quia licet teneantur, & obligati remaneant eum tamen impleta conditione sint vera sponsalia de futuro. iuxta cap. super eo de condit. appo. ut cum aliis resoluimus d. cap. 22. num. 7. & 22. & Thom. Sanchez d. d. 5. num. 14. & 24. vbi alios citat, cum hic consensus infirmus sit, quamvis obliget, reuocabilis tamen erit interim quod tempore debito eum de nouo non ratificauerint in casu, & modo præmissis per supra dicta.

Nec dici potest absque ratione esse, quod consanguine seu alias impediti contrahere matrim. si illud de facto contrahant de præsentibus, si Papa dispensauerit, incurrant sententiam excommunicationis, de qua in Clementina prima de consang. & affini. propter contemptum, ut credidimus, d. cap. 22. num. 17. cum negari non possit eos contra iuris dispositionem contraxisse de facto, & sic, propter contemptum, ut ibi diximus, quamvis alia ratione euitari possit prædict. incurso poenæ excommunicationis, nempe quod præd. contractus de præsentibus resoluatur in sponsalia de futuro, & propter sponsalia de futuro excommunicatio in præmissa specie non incurritur, ut in terminis cum aliis tenet, & probat ibidem Thom. Sanch. d. d. 5. num. 18. quorum opinio probabilis, & favorabilis est, & receptio.

Tenebitur tamen poenitens in præmissa specie nostræ, & communis sententiæ verioris, & tenenda alteri parti conuenienti stare volenti refundere expensas, ad dispensationem impetrandam factas, argumento l. si pecuniam, ff. de condit. caus. dat. &c. vbi probatur dantem pecuniam alicui, ut iret Capuam, altero nondum profecto posse poenitere, & resiliere, ita tamen ut indemnitas illi alteri præstetur, eius quod expendit, per quem text. ita docuimus d. lib. 1. Canon. questionum cap. 22. numero 19. idemque supponit Henriquez lib. 12. de matrimonio cap. 10. in fin. & hanc nostram sententiam probabilem dicit Thomas Sanchez *disputatione 5. numero 32. ad fin.* & ita proculdubio est tenendum, quicquid idem Author ibidem numero 33. dicit, & probare nitatur contrariam sententiam dicens eam esse proba-

biliorem cum Petr. de Ledesma, de matrimonio, *questione 47. articulo 5. dubio secundo.* non enim eius fundamenta aliquid concludunt, siquidem re integra antequam mitterent ad impetrandam dispensationem contractus sponsaliorum validus, & obligatorius in suo statu manebat, siquidem nullus contrahentium tunc resiliere, aut reuocauerat consensum, ac proinde bona fide fuerunt factæ expensæ dispensationis voluntate utriusque partis, vnde merito, quod ratione contractus adhuc durantis resiliens postea teneatur alteri obedienti refundere expensas bona fide factas, secus eas, quas post poenitentiam fecisset, ad priores tamen tenetur ex d. l. si pecuniam, cuius ratio militat etiam ante poenitentiam, idque à fortiori procedit in casibus, de quibus ibi per Sanchez numero 34.

Dubium tamen est, an valeat promissio matrimonii inter impeditos, non expressa, nec adiecta ea conditione, si Papa dispensauerit: & valere cum Molin. tenuimus d. lib. primo Canon. questionum cap. 22. num. 24. quia ipsa conditio tacite inest, & iterum consilio 18. num. 5. cum sequentibus, & Soto in quarto sentent. distinct. 29. *quest. 2. artic. 1. versic. re vera fatetur, & hac sententia est satis probabilis, secundum Thom. Sanchez d. d. 5. num. 26. ad fin. lib. 5. qui tamen numero statim sequenti inquit, probabilis esse minime obligare promissionem ea conditione non expressa tanquam bonis moribus aduersam, eamque sententiam ibi late probat, & alios idem tenentes refert inter quos & nos d. cap. 23. num. 17. ibi non obstantes, &c. Et re vera utraque opinio defendi, & teneri potest, prima tamen favorabilior matrimonio videtur, non tamen procedere potest quando scienter matrim. de præsentibus celebratur inter sic impeditos nulla adiecta conditione, si Papa dispensauerit, quia tunc erit nullum, & incurrunt contrahentes excommunicationem iuris de qua in d. Clementina 1. de consanguinitate, & affinitate, sed tunc demum cum sponsalia tantum de futuro contraherint non adiecta conditione, si Papa dispensauerit, tunc namque cum ea necessario subiungenda sit, quia tacite inest, nimirum ut prædict. sponsalia non videntur, sed potius sustineantur favore matrim. attenda voluntate, & intentione partium.*

Denique illud erit obseruandum, non esse licita inter hos sic impeditos contrahentes sponsalia de futuro sub conditione si Papa dispensauerit, oscula, & alios tactus, qui alias sponsis de futuro non impeditis liciti sunt, ut cum aliis docuimus d. lib. 1. Canon. questionum, cap. 22. num. 17. in fin. & sequitur alios referens Thomas Sanchez d. lib. 5. d. 5. num. 38. vbi num. 39. inquit, idem esse dicendum impetrata dispensatione dum non est ratificatus ille prior consensus, quamvis recenta opinione, quam amplexus fuit num. 24. quod hæc sunt vera sponsalia impleta conditione dicendum sit, licere illis amplexus, & oscula, eo modo quo licent sponsis de futuro. Ego vero censo requiri ad hoc quod sit iam ratificatus ille prior consensus post impetratam & expeditam ab Ordinario prædictam dispensationem.

CAPITVLVM LXXIX.

De potestate parentum in filios circa matrimonia contrahenda.

SVM MARIVM.

- 1 Matrimonium contractum à filiis absque parentum consensu est invalidum.
- 2 Parentum consensus ad sponsalia, vel matrimonium filiorum

viam non est facta, nisi ipsi filii consentiant, & Canon. alios infirmantes intelligendi sunt de bonofate, & l. aliud stantes sunt abrogata, ut in numero 3.

- 4 Parentes non possunt cogere filios ad tales nuptias, sed libere eas, vel alium statum eligere debent.
- 5 Pater potest increpatione paterna cogere filium ad certum matrimonium.
- 6 Parentes peccant impediendo matrimonium filiorum absque iusta causa, potest tamen pater mediis filiis impedire matrimonium filij quando alius non tenetur filius ad id matrimonium, ut in numero 7.
- 7 Impediendo matrimonium directe, vel indirecte anathematis poenam incurritur ipso facto, & an sit excommunicatio lata sententia, num. 9. & 10.
- 8 Patres impediendo iniuste matrimonium filiorum, an incurrant excommunicationem, & quid de aliis habentibus iurisdictionem externam? num. 12.
- 9 Filij an teneantur iniuste matrimonium quod ipsorum nomine sponderunt parentes, & an peccent filij matrimonium iniuste parentibus contrahentes? num. 15. & 21.
- 10 Verbum, debet, quid importet?
- 11 Filius tenetur sub culpa mortali obedire parenti præcipienti tale matrimonium contrahere, in casibus de quibus hic, & numero 17. & 18. vbi limitationes referuntur.
- 12 Filius existens iusta causa non peccat contrahendo matrimonium iniuste parentibus, ut hic: secus cessante iusta causa, ut in numero 20.

Certum est ac tenendum omnino proculdubio, matrimonium contractum à filiis absque parentum consensu esse validum, ut definitur in cap. cum virum de regul. & in Concil. Trident. sess. 24. cap. 1. de matrim. & probauimus late lib. 10. Canon. questionum cap. 20. num. 1. & 2.

Similiter certum est, non satis esse parentum consentiam ad sponsalia, vel matrimonium filiorum, nisi ipsi filij consentiant, cap. sufficiat 27. *questione 2. & in cap. vbi non est 30. questione 2. & cap. eius de spons. duorum, & cap. vnic. de despons. impub. lib. 6.*

Et Canones exigentes parentum consensum intelligendi sunt de honestate, quin imo leges clare significantes aliter matrim. contractum esse irritum sunt abrogatæ per l. Canonice, ut vtrumque latissime omnium comprobatur Bellarm. lib. 1. de sacramento matrim. cap. 19. & 20.

Quare non possunt patres cogere filios ad matrimonium, vel ad tales nuptias, sed libere contrahere debent, vel alium statum eligere, ut fatentur omnes cum Diuo Thom. in quarto distinctione 29. *questione vnic. articulo 4. quod intelligendum sane est de metu, & coactione graui cadente in constantem virum.*

Potest namque pater increpatione paterna cogere filium ad certum matrimonium, ut in lib. 10. titulo 1. *partita 4. ibi, no les puede apremiar que lo fagan de todo en todo, como quier que les puede dexir palabras de castigo, que lo atorquen, & ibi Gregor. Lopez in glossa, rudo, inquit, id est metu cadente in virum constantem, & expresse hanc obseruationem tenet Gofred. in Summa titulo de desponsatione unpub. numero 12. & docent D. Soto in quarto distinctione 29. *questione 1. articulo 4. in versic. quod si quis arguat, & Bellar. d. cap. 19. propositione 3. & Thom. Sanch. lib. 4. de matrim. distinctione 22. num. 5.**

Quinimo peccarent parentes impediendo matrimonium filiorum absque iusta causa, ut cum aliis tenet Sanchez ibidem numero 6. vbi numero 7. quando adest iusta causa, ut quis matrimonium est indignum,

tunc namque Princeps aut pater non peccaret, dummodo id faciat absque vi, & metu, ut probauimus lib. 1. Canon. questionum cap. 20. num. 9. & 27. & nobiscum, & aliis Sanchez ibidem numero 7.

Vbi bene docet posse patrem mediis filiis impedire matrim. filij, quando alius non tenetur filius ad id matrimonium, quia si ad id teneretur ratione fidei præstitæ manifestum est peccare mortaliter id impediendo.

Impediendo autem matrimonia quouis modo directe vel indirecte anathematis poenam ipso facto incurrunt, ut decidit Concil. Trident. sess. 24. cap. 9. de matrim. præcipiens omnibus cuiuscumque gradus dignitatis, & conditionis existant sub prædict. poena, ne quouis modo directe, vel indirecte subditos suos, vel quoscumque alios cogant, quominus libere matrimonium contrahant, quod Decretum dum inquit sub anathematis poena, quam ipso facto incurrant, intelligit Alphons. à Veracrucis in Appendice ad Specul. coniug. prima parte, artic. 9. conclus. 6. fol. 96. & in eodem Speculo prima parte, artic. 8. in fin. in secunda editione de maledictione solenni, non vero esse excommunicationem latam, & præterea, quia ipsum Concil. Trident. eadem sess. cap. 6. vbi raptorem excommunicare voluit expressis verbis vitur dicens, sit ipso iure excommunicatus.

Verius tamen, & receptius est contrarium, nempe præd. verba excommunicationem latam ipso facto significare, & ita illud decretum interpretatur Nauar. in Summ. Latina cap. 27. num. 150. & Hispana cap. 28. addit. 21. in fin. ad numero 150. cap. 27. Anton. à Cordub. in sua Summa *quest. 171. in 1. puncto in versic. y el que tal casamiento, &c. Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 6. num. 5. & Ludou. Lopez in prima parte sui Institut. cons. cap. 44. §. si aliqui, quos refert, & sequitur Thom. Sanch. d. lib. 4. de matrim. d. 22. num. 8. vbi cum bene iure probat, & Suxæ de censur. sectione 2. cap. incip. ut autem fol. 181. versic. sic deinde.*

Patres autem iniuste impediendo matrimonium filiorum non incurrunt eam excommunicationem, ut docuimus d. lib. 1. Canon. *quest. 20. in fin.* & sequitur Molin. lib. 1. de iust. & iur. d. 176. §. ad secundam partem Manuel Rod. primo tom. sua Summa in secunda edit. c. 23. n. 7. Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 6. num. 5. in commento, & est eorum sententia contra Ludouic. Lopez, & Alboinoz secundum Thom. Sanchez vbi supra, num. 19. vbi eam bene probat, & num. 10. dicens, quod ad incurrendam hanc excommunicationem requiritur, ut impediendo subditos habeant iurisdictionem in foro externo: quare Episcopus si cogat, incurrat, ut aiunt multi Theologi, & iurisprudenti consulti, quos refert, & sequitur Enriquez vbi supra, addens, & bene, nec parochum impediendum incurrere, quia caret iurisdictione in foro externo, nec Regem, aut Imperatorem, quia oportet hoc exprimi, ut expressit idem Concil. Trident. sess. 22. cap. 11. de reform. & Bulla cana.

Nunc agamus de filiis an teneantur iniuste matrimonium, quod ipsorum nomine sponderunt parentes, & an cessante tali præcepto, vel eo non obligante, peccent filij matrimonium iniuste parentibus contrahentes.

Quod primum proculdubio videtur filium teneri iniuste matrimonium, quod pater promissit, vel iubet ut ineat, ex text. in cap. primo de despons. impub. in fin. ibi, & postquam filius peruenierit ad perfectam ætatem, omnino debet hoc adimplere.

Expendo enim verbum, debet, quod de iuri natura importat necessitatem, & præceptum, iuxta gloss. in cap. proposuit, verbo non debet de appell. & in Clementina accedentes de stat. monach. in principio, verbo debent.

beati, & ibi DD. & alibi sapissime, quos in unum congerit Thom. Sanch. lib. 4. de matrimonio, disput. 23. num. 2. contra Armill. Aur. & Ledesim. in 2. partem 4. quest. 17. art. 2. dub. 6. aliud censentes; & in terminis huius primi dubii tenet Dominicus à Soto in quarto, distinctione 29. quest. 1. arim. 4. col. 3. dicens esse sufficientem causam, ut filius teneatur ad matrim. si sibi sit conueniens, nullaque resistendi iusta causa adsit, præterquam quod pro illo sponderit, & irauerit: eandem sententiam tenet Nauar. in Manual. cap. 14. num. 15. & Manuel Rodrig. in sua Summ. 1. tom. in secunda editione, cap. 231. num. 6. Ludou. Lop. in suo Instruitor. prima parte cap. 37. §. sed aduertitur, & Capua lib. 2. de consensu cap. 55. num. 19.

Nihilominus tamen non desunt alii Auctores existimantes rex. in d. c. 1. de despons. impub. in verb. supra relatus, intelligi debere non de præcepti, sed de honestatis debito propter subiectam materiam, in qua ius Canonicum tantam libertatem postulat. ita tenent gloss. in d. cap. 1. verbo debet, & ibi Hostien. in fin. Ioan. Andr. num. 3. & ceteri communicer DD. & alii plures quos congerit Sanchez vbi supra, n. 3.

15 Quare in hac controuersia super intellectu verbi, debet, in proposito nostræ primæ quæstionis resolvendum est primo, regulariter non teneri filium implere sponsalia, que absque suo consensu pater promittit, quia ut dicebamus cap. præced. quoad contrahendum matrim. filius est liber. & in terminis ita tenent Ricard. in quarto distinctione 29. articulo 1. quest. 4. in corpore. & ad secundum, Abulen. primo Regum cap. 18. quest. 24. quos refert. & sequitur Sanch. d. disput. 23. num. 3.

16 Secundo asserimus filium teneri sub culpa mortali obedire parenti præcipienti, ut tale matrimonium contrahat, quando multum interest parentum, ut filius illud matrim. inerat ut si esset medium ad graues inimicitias componendas, quæ essent inter parentes, & consanguineos eorum, cum quibus est contrahendum matrim. ex virtute namque pietatis tenentur filii subuenire parentum necessitati: ergo idem est dicendum quando parentes indigent tali matrimonio, nempe ut filii in hac specie obedire teneantur, ita tenent Cald. in d. cap. primo de despons. impub. & ibi Alexand. de Neuo num. 6. Prepos. num. 5. & Henric. num. 6. Suarez in l. secunda, titulo de los castamentos. num. 17. lib. 3. For. Nauar. in Manual. cap. 14. num. 15. & alii communiter iurisse, nec non & summi Theol. quales sunt Thom. in quarto, distinct. 29. quest. vnic. arim. 4. in corpore. Bellarmin. lib. primo de matrim. cap. 19. propositione 3. in fin. & alij quamplurimi congerunt per Thom. Sanch. d. disput. 23. num. 4. qui eos sequitur: tunc hæc vera, communis, & receptissima

17 sententia, quam Sanch. vbi supra num. 5. intelligit eo casu, quo eligat filius matrimonium inire, nam si alium statum appetat, non potest pater ad incedendum matrimonium illum præcepto obligare, nisi in casu, quo ob parentum indigentiam teneretur filius abstinere à religionis ingressu, ut tenent DD. quos ibi ad hoc citat, estque verum: secundo intelligit eandem communem sententiam numero 6. nisi iusta causa ductus filius resistat tali matrimonio, ut quia fide priorum sponsalium cum altera contrahendum astringebatur, ut tenent Manuel Rodrig. primo tomo sua Summ. in secunda editio, cap. 231. num. 6.

19 Quoad secundum principale dubium præd. an cessante præcepto patris, vel eo non obligante peccent filii matrimonium inuitis parentibus contrahentes, separando certa ab incertis, omnes docent, quod existente iusta causa in filio non peccet. ut si pater iniuste prohibeat filium illud matrim. quod appetit inire, vel si pater indigno matrimonio filium collocare velit gratia amplioris dotis, vel si pater

velit filium ducere uxorem egram, imprudentem, aut durioris conditionis, cum qua probabiliter credat filius fore. ut pacem non habeat, vel si pater esset negligens in tradenda filio uxore, ut quis iam filius 25. annum excessit, vel quando asperè tractaretur filius à parentibus, & plus iusto opprimeretur, hæc exempla, & alia fingunt DD. citati per Sanchez vbi supra, num. 8.

Quando autem deficit hæc iusta causa in filio, Auctores affirmant, & late probant, peccare filium mortaliter matrimonium incedendo, estque omnium Theolog. sententia, ut probauimus lib. 1. Canonice, quæstionum cap. 20. numero 3. tenetur igitur filius sub culpa lethali consilium parentum circa matrim. petere non tamen illud sequi, & ita potest ipsi inuitis, prius tamen consulis contrahere matrim. quod voluerit, nisi ratione scandali, ut quia probabiliter nosset filius grauisima inde scandala, & odia capitalia subortura, in qua tunc peccaret lethaliter filius sic contrahendo contra charitatem, ut cum aliis probat Thom. Sanchez vbi supra, num. 10. & 11.

Nihilominus tamen licet filius possit sine patris consensu matrim. contrahere, non tamen sine peccato potest consilium patris spernere, ut cum aliis probauimus vbi supra numero 2. & iuxta supradicta intelligenda sunt, quæ diximus lib. 2. practic. quæstione 1. numero 3. nempe filium iure Canonico posse libere absque patris consensu & licentia nubere, scilicet, quoad valorem matrim. non tamen absque peccato si sine consilio eius illud contrahat cessante iusta, vel rationabili causa.

CAPITVLVM LXXX.

De filiabus inuitis parentibus nubentibus, an possint exheredari? & an dotem eis parentes constituere teneantur?

SVMARIVM.

- 1 Filia inuitis parentibus nubentes. an possint ab eis exheredari, & dos denegari? num. 2.
- 2 Parentes quoties possunt exheredare filios, non tenentur eis alimenta prestare, nisi ea qua sine præstare necessaria ad viuam, ut in n. 4. & ideo tenentur dotare filias in hac specie in quantitate necessaria, quando alia alimenta filie non suppetere, ut in n. 5.
- 3 Pater quando filiam matrimonio collocat, tenetur eam dotare.
- 4 Etiam si ei dotem non promiserit tempore matrimonij, ut in numero 7.
- 5 Idem est si filia nupsit cum patris consensu cum modica, & minus competenti dote, quia potest augmentum petere, ut in numero 8.
- 6 Pater tenetur filiam dotare etiam si ei alimenta prestare non tenetur, quando est diues.
- 7 Pater filiam monasterium ingredientem tenetur dotem constituere.
- 8 Et idem est respectu filij volentis ad sacros Ordines ascendere, ut in numero 11.
- 9 Pater an tenetur dotare filiam maiorem 25. ann. ipso inuito nubente.
- 10 Et quid in filia minore 25. annorum ipso inuito nubente? numero 13. vbi plures conclusiones assignantur.

DE priori quæstione late egimus lib. 2. practic. q. 1. & 5. per rotas, & nuic nouissimo agimus citans Thom. Sanch. lib. 4. de matr. disp. 24. & 25. quibus nihil opportunum nobis addendum se offert, siquidem omnia ad hanc materiam pertinentia bene, & distincte ibi digesta sunt. De

2 De secunda autem quæstione circa dotem asserendum est, quoties parentibus facta est filios exheredare ob causas iure permissas, immunes eos esse ab obligatione dotandi filios, quia alimenta, & dos equiparantur, & valet argumentum de alimentis ad dotem, ut omnes fatentur.

3 Sed dum parentes possunt exheredare filios, non tenentur ad alimenta, ut docet cum aliis Couar. in quarto de spons. 2. parte, c. 8. §. 6. num. 17. & D. Molin. de de Hiss. primog. lib. 2. cap. 16. num. 3. l. 6. tit. 19. parua 4. ergo neque ad dotem, ut in terminis tenent Philip. Francus in cap. vnic. §. porro num. 2. de despons. impub. lib. 8. Palat. Rub. in repet. cap. per vestras, notab. 3. §. 13. num. 1. de donat. inser. vir. & vix. & alij plures relati per Thom. Sanch. d. lib. 4. disput. 26. num. 1.

4 Non tamen secundum veriorum opinionem excusatur pater in hac specie à prestatione alimentorum, quæ sunt necessaria præcise ad vitam, ut cum aliis probat D. Couar. vbi supra.

5 Et ideo tenebitur dotare in quantitate necessaria ad talia alimenta, quando aliunde alimenta filie non suppetere, sed fame periret, ut merito utrumque probauit contra Molin. Theolog. Thom. Sanch. vbi supra.

6 Quando autem pater filiam matrimonio collocat, tenetur ei dotem constituere; hoc enim est officium paternum: l. fin. C. de dot. promiss. qui liberos de ritu nupt. l. 8. titulo 11. parua 4. ad quod tenetur pater, non solum iudicis officio quoad id compellendus est, sed etiam iure obligationis, ut cum aliis probat Menoch. de presumpcion. lib. 4. presumpcionem 189. num. 64. quem sequitur Sanch. vbi supra, num. 2.

7 Quinimo quando pater filiam matrimonio collocat absque doto mentione, tenetur eam dotare iuxta glossam in l. obligamur, verbo lego, ff. de action. & oblig. & plures allegat eandem opin. sequutus D. Couar. in quarto de spons. secunda parte, cap. 3. §. 8. numero 7. Palat. Rub. in c. per vestras, notab. 3. §. 20. numero 2. & §. 14. numero 11. Rip. dicens esse omnium in l. prima numero 56. ff. solus, matrim. Anon. Gom. in l. 40. Taur. numero 87. versic. 6. in l. Padill. in auct. res. qua, numero 75. C. communia deleg. Baz. de non melior. rat. dot. filiar. cap. 5. num. 6. Menoch. de presump. lib. 4. presumpcionem 109. numero 56. & plures alios citans aduersus Bart. & nonnullos alios Thom. Sanchez vbi supra, num. 3. vbi eam bene probat.

8 Addens idem esse, si filia nupsit cum patris consensu cum modica, & minus competenti dote, quia potest augmentum petere secundum Bald. Paul. & Baz. quos refert. Fateor tamen difficile esse obtinere in hoc vltimo in praxi, siquidem dos fuit moderata ex conuentione vtriusque partis, nec vnam vidi simile augmentum dotis peti in actu practico.

9 Adeo autem verum est patrem teneri filiam dotare dum eam nuptui tradit, ut procedat etiam si ei alimenta prestare non tenetur, quia est diues, ut tenent Bald. Angel. Paul. Alex. & Hippol. quos refert Baz. vbi supra, d. cap. 5. numero 5. & cap. 2. numero 26. Palat. Rub. vbi supra, tertio notab. §. 14. numero 1. & Couar. vbi supra, numero 8. Padill. in d. auct. res. qua, numero 67. Menoch. vbi supra numero 68. & alij plures, quos refert, & sequitur Thom. Sanch. vbi supra, numero 5. contra Bart. in l. mulier, §. cum proponeretur, numero 3. ff. ad Trib. & probatur expresse hæc communis sententia contra Bart. in d. l. 8. titulo 11. parua 4. ibi, ca quer aya ella algo de la foy, o de otra parte, o non teniendo es el padre de la casar, & de la dotar, & ibi notat Greg. Lop. in glossa, el padre.

10 Vbi etiam quod non solum filie nubenti tenetur pater dotem constituere, sed etiam monasterium ingredientem, ut tenet Bal. in d. l. fin. C. de dot. promiss.

11 & alios plures refert Sanchez vbi supra, numero 6.

vbi idem probat eam Auead. si filius velit ad sacros Ordines ascendere.

Quod autem dubitationem habet, est an pater teneatur dotare filiam maiorem 25. ann. ipso inuito nubentem, qua in re sunt, qui existimant patrem teneri si filia promittit dotem, alius secus, & sibi imputet vir, quod de dotis promissione minime egerit, ita Barth. in d. l. obligamur in fin. ff. de act. & obligat. Abb. in cap. 1. numero 6. de despons. impub. & ibi Prepos. numero 3. idem Abb. in rep. cap. Ecclesia, numero 20. de consuet. Montal. in l. 10. titulo 1. parua 4. & Syluest. in summa, verbo dot, quæstione 4. ibique Tabien. quæstione 3. numero 4.

Verior tamen multo est opinio contraria, imò quod in specie supradict. pater teneatur filiam dotem constituere, quamuis filia minime dotem promiserit, indignoque nupsit, sic de filia maiore tenet indistincte Rip. in l. a. num. 37. ff. solus, mar. & clare Menoch. vbi supra numero 58. Francus in cap. vnic. §. Porro numero 1. & 2. de despons. impub. lib. 7. Baz. de non melior. ratione dotis filiar. cap. 16. numero 2. & cum eis Sanch. vbi supra, numero 11.

Sed magis variant DD. circa eum articulum, an pater tenetur dotare filiam minorem 15. ann. ipso inuito nubentem: siquidem quatuor opiniones in eo inueniuntur cum suis Authoribus: prima habet patrem indistincte teneri dotare filiam absque eius consensu nubentem iuxta glossam verbis parentum, ad primero, in cap. fin. 32. quæstione secunda, quam tenent, & sequuntur plures Auctores, ut constat ex Gundifalu. de Paz. in suo Pract. tertio tom. cap. 6. §. 12. num. 12. & aliis: secunda docet teneri dotare quando nupsit digno, secus si indigno, nec distinguit an filia promiserit dotem necne? sic glossa in cap. de raptoribus in fin. 36. quæstione 1. & ibi Archid. Ioan. Andr. in c. accedens in fin. de Procurat. & ibi Ant. numero 16. practic. fare, titulo de dot. §. 2. Franc. in cap. vnic. §. Porro numero 1. & 2. de spons. impub. lib. 6.

Tertia sententia absolute habet teneri dotare, licet sit minor, & nubat indigno, licet dotem non promiserit, ita Palat. Rub. in d. cap. per vestras, notab. 3. §. 10. in principio & §. 13. numero 1. & §. 16. per totum, & inspecto iuris rigore dicit esse veram D. Molin. de Hiss. primog. lib. 2. cap. 16. numero 8. fatetur tamen minorem dotem esse dandam attenda minori viri qualitate, & hæc sententia mihi non displicet, eamque alios allegans sequutus sum lib. 2. pract. q. 1. num. 4.

Quarta sententia est Motului in l. 10. titulo 1. parua 4. Rosel. verbo hereditas, numero 10. Angel. verbo dos, numero 4. Syluest. quæstione 4. Tabien. quæstione 3. numero 4. & Armill. aur. numero 6. tenentium, ut si filia nupsit digno, dotemque promiserit, teneatur pater eam dotare, secus si non promiserit, vel nupsit indigno.

In tanta varietate opinionum Thom. Sanch. d. lib. 4. de matrim. disput. arim. 20. numero 16. cum pluribus sequentibus rem hanc octo conclusionibus explicat nos citans lib. 2. practic. quæstione 1. & alios quamplures, quibus in hæredum iure erit, quoties de hoc contingerit dubitari.

Prima conclusio est, pater tenetur dotare filiam minorem nubentem digno sine tamen consensu patris, & dotis promissione, Sanchez plures refertens vbi supra, numero 16.

Secunda conclusio: si filia minor absque patris consensu, & dotis promissione nupsit digno, tenetur pater eam dotare: hanc conclusionem, & præcedentem limitant aliqui, nisi filia diues sit, possitque dotem promissam, aut non promissam solvere, tunc enim licet dignissimo nubat, non tenetur eam pater dotare, Neque obitat d. l. 3. tit. 11. parua 4. in verbis

Verbis supra in contrarium relatis, quia dicitur eam l. loqui quando patris consensu filia nupsit, ut aperte ex ea colligitur, ibi, tenendo es el padre de la casa, & de la dote, & ratio ipsa naturalis postulat, ut filiam diuitem spretoque patre nubentem pater non teneatur dotare, ita tenent D. Couar. in quarto de sponsi, secunda parte, c. 3. §. 2. num. 4. & Ludou. Lop. in prima parte Instru. in nona editione, c. 294. §. sequitur alia questio, & eos referens Thom. Sanch. d. dispus. 26. num. 18. ubi hoc inter hos casus inquit distat, quod quando filia nupsit digno, & est pauper, tenetur eam pater plene dotare, quando autem indigno, non tenetur plene, sed tantum iuxta quantitatem alimentorum, quae ad vitam tuendam necessaria sunt, ut statim dicitur in sequenti conclusione.

Tertia conclusio est, quando vir vel femina indignum matrim. inire, si ita diuites essent, ut alimenta haberent, non tenetur pater dotare, si autem alimentis carerent, tenetur pater dotare in modica quantitate conuenienti ad alimenta vite necessaria, & hoc propter aequitatem naturalem, ne fame pereant, ut tenent ubi supra Rip. numero 39. Couar. 7. Molin. 7. nos numero 5. Anton. Cuch Baez. Veracru. Ludou. Lop. Manuel, quos refert, & sequitur Sanch. ubi supra num. 19.

Quarta conclusio, pater tenetur alimenta prestare filio absque eius consensu ducenti uxorem, si aliunde non habeat, Decius in l. nuptias 30. in fin. ff. de reg. iur. Palat. Rub. ubi supra. §. 13. num. 1. in repetitione cap. 10. 3. n. ab. D. Molin. lib. 2. de test. primog. c. 16. num. 2. Riminald. multos referens consil. 133. num. 42. eolum. 2. & Sanch. ubi supra num. 20.

Quinta conclusio, non tantum tenetur pater prestare alimenta filio pauperi, sed etiam uxori eius. ita plures referens Sanch. ubi supra, numero 21. amplians contra Ludou. Lop. etiam si talis filius indignam uxorem duxerit, & numero 23. sextam conclusionem constituit resoluens, quod is coniux dicitur indigne, cui alter matrimonio copulari non potest absque dedecore iuxta ciuitatis mores secundum Bart. & alios plures DD. quos ibi ad hoc citat, & numero 24. septimam conclusionem constituit, ut indignus coniux etiam iudicetur ex bonis animi, ut si malis moribus imbutus sit, ut in meretrice, quod sit persona indigna, & in viro, qui meretricatur, vel leno est, & numero 25. quod indignus dicitur etiam coniux ex bonis fortunae nisi aliunde excessus hic in diuitiis compensetur, ut si pauperior nobilior sit, cum quo matrimonium consistere non potest ob aliquid impedimentum, nisi in eo sit dispensatum secundum Bald. & alios quos refert.

CAPITVLVM LXXXI.

De conditione honesta, & possibili de praesenti, praeterito, vel futuro adiecta matrimonio, an ipsam suspendat?

SUMMARIVM.

- 1. Condicio honesta, & possibilis de praesenti, vel de praeterito adiecta matrimonio illud non vitiat, nec suspendit, si est vera, & si falsa sit. Si vero sit conditio de futuro suspendit matrimonium, ut nullo modo valeat quousque ipsa verificetur, ut in numero 2. Et numero tertio, quarto, & quinto, quomodo sit intelligendum. 2. Conditioni verificatio appositae in contractu matrimonij vel sponsalium de futuro an debeat consistere parochi & testibus, nec ne? & numero septimo.

Et quid in dubio, an scilicet sit in hoc tenenda sententia Theologorum vel Canonistarum contraria? numero octauo.

9. Copula habita inter contrahentes matrimonium conditionaliter an operetur implementum conditionis, quasi ab ea videatur recessum per copulam subsequutam, attento iure communis & sancte Sancto Concilii Tridenti.

10. Condicio inter eos sanguineos, vel affines, si Papa dispensauerit, an ea dispensante, remaneat verificata & celebratum matrimonium.

Et an requiratur scientia dispensationis, numero 12.

Sponsalia de futuro an hodie possit Concilii Tridenti, subsecuta copula efficiantur de praesenti, maxime si inter sint parochus, & testes?

Et quid si conditio sit de certa dote constituenda, numero 13.

14. Matrimonium contrahens de praesenti sub conditione honesta, an possit consensum reuocare ante conditionis implementum?

Condicio honesta, & possibilis de praesenti, vel de praeterito adiecta matrimonio illud non vitiat, nec suspendit, sed si conditio tunc est vera, ut si pater tuus vult vel voluit, est statim validum matrim. stando in iure communi: si autem est falsa, statim est irritum, ita D. Thom. in 4. distict. 29. quest. vnic. art. 3. questiuicula 3. quem omnes sequuntur, ut affirmat Thom. Sanch. de matrim. lib. 5. disp. 6. numero 1. ubi etiam quod licet D. Thom. solum loquatur de conditione de praesenti, omnes idem dicunt in conditione de praeterito, quam conclusionem communem bene ibi iure probat.

Condicio tamen possibilis, & honesta de futuro suspendit contractum matrimonij, ut nullo modo valeat dom conditio non impletur: tex. in c. super eo, & in cap. de illis de condit. appof. l. 3. tit. 4. partia 4. & in hac conclusione omnes conueniunt, secundum Thom. Sanch. ubi supra, numero 2.

Est tamen intelligenda primo haec secunda conclusio, quando conditio adicitur in ipso actu contrahendi matrimonium, secus si ex intervallo, matrimonio iam pure celebrato, cum enim iam semel suum effectum sortitum sit, nec liceat communi consensu ab eo recedere, nullam admittit conditionem: argumento l. perfecta donatio, G. de donat. que sub mod. & in terminis ita tenet gloss. in d. e. de illis, verbo huiusmodi verbis, & ibi communiter DD. de condit. appof. D. Couar. in 4. Decretal. 2. parte c. 3. §. 1. n. 8. Nauar. in summa c. 22. n. 62. Paludan. & Summilke, quos refert, & sequitur Thom. Sanch. ubi supra, num. 3.

Secundo praefatam conclusionem veram intelligunt nonnulli, quos citat Abb. in d. c. de illis, num. 5. ut procedat, ut conditio de futuro tunc suspendat, quando refertur ad arbitrium alterius, ut contraho tecum, si pater consenserit: quia est circa substantia lia matrim. nempe circa consensum: secus de alia condit. ut contraho tecum si tantam dotem dederis, cum enim sit circa qualitate, non suspendit, sed statim valet matrimonium, haec tamen declaratio, & intelligentia minime vera est, nec tenenda, sed potius contrarium, nempe quod vtraque conditio lupradicti, suspendat, ut probatur nuncupatum in d. cap. de illis, & in d. l. 3. titulo 4. partia 4. & ibi Gregor. Lopez in verbo casar. & communiter alij quamplures DD. quos refert, & sequitur Thom. Sanch. ubi supra, numero 5. ubi numero 6. admonet, conditionem praedictam mihi donaueris, appositam in matrimonij celebratione, intelligi debere quando est causa iusta dandi, ut in dotem, vel quia est disparitas inter contrahentes, alias enim est conditio turpis iuxta l. si ita stipulatus, l. torcera, §. si tibi nupsero, ff. de verb. ob. bg. quare tanquam conditio turpis non suspendet, sed

sed rejicietur, ut cum aliis pluribus Author. hoc ibi tenet, & probat.

5. Tertio est intelligenda praefata secunda conclusio, ut quamuis conditio honesta suspendat tam matrimonium, quam sponsalia vsque ad conditionis euentum, nec sit vsque tunc perfecta obligatio, attamen non potest aliter recedere a sponsione, antequam conditio deficiat, sed tenetur expectare, vsque ad conditionis euentum, ut in propriis terminis tenet glossa in d. c. super eo verbo alieno, de condit. appof. & ibi Hostien. & communiter DD. D. Couar. in quarto Decret. secunda parte, cap. 3. in initio numero sexto, & nos lib. 1. Canon. questiuicula, cap. 22. numero 22. in fine, Marc. Ant. Cuch. in suis Institut. mai. lib. 5. titulo 11. numero 54. & 55. in fin. Matienq. in rubrica titulo 1. lib. 5. nou. collect. Reg. gloss. 1. numero 63. & bene probat alios referens Thom. Sanch. d. lib. 5. dispensatione 6. num. 3.

6. Illam tamen questionem difficilem censet, atque pro vtraque parte late examinat in proposito idem Thom. Sanch. lib. 5. de matrim. dispensatione octaua, numero 23. & 24. an si matrimonium celebretur de praesenti sub conditione de futuro coram parochi & testibus efficiatur purum statim impleta, conditione de futuro, vel si contrahatur matrimonium de praesenti sub conditione de praesenti, vel de praeterito, ut si coram parochi, & testibus aliqui dicat, contraho tecum, si pater tuus consensit, vel modo consentit: an si vera est conditio, sit statim matrimonium, vel sit necessarium consistere eadem parochi, & testibus verificationem conditionis de futuro, de praesenti, vel de praeterito respectiue in singulis praed. casibus? In primis namque fundat esse certum hoc desiderari, & allegat, Petr. de Ledefin. id dicentem, & tenentem, qui licet loquatur tantum in conditione de futuro, eius tamen rationes idem omnino probant, scilicet non esse matrim. quando conditio est de praesenti, non tamen consistat parochi, & testibus de conditionis veritate: inquit tamen num. 24. se acere non posse rationes d. primae sententiae vrgentissimas esse, & que conuincere videntur: nihilominus contrariam partem, nempe, ut sufficiat parochi, & testes interesse illi matrimonio de praesenti, siue conditio sit de praesenti, siue de futuro, nec sit necessarium, ut praesentes sint conditionis verificationi, ut ibi late quoque fundat, & probat, dicens sibi valde probabilem esse hanc opin. & tandem inquit, quod eam videtur clare tenere Nauar. lib. 2. cons. titulo de condit. appof. in vtraque editione, consil. 1. numero sexto, & Manuel Rodrig. in sua Summa in 2. editione, cap. 219. conclus. 18. numero decimo nono, (sed est c. 216. conclus. 18. numer. 19) ubi dicunt matrimon. semel contractum coram parochi, & testibus sub conditione licita, non esse opus, ut post aduentum conditionis iterum fiat coram parochi, & testibus, quia adueniente conditione retrahitur, ac manet perfectum, ac si a principio factum fuisset: idem Thom. Sanch. d. lib. 5. disp. 8. n. 22.

7. Quid tenendum? Ego priorem opinionem verior esse censeo, & iuxta communem opinionem Theologorum veritissimam, & tenendam, quae habet quod in praemissa specie adueniente conditione non sit matrimonium de praesenti, sed sponsalia de futuro, & ideo nouus consensus de praesenti ad matrimonium requiritur, ut latissime cum D. Thom. & communi contra communem Canonistarum probauimus sententes praefatam communem sententiam Canonist. esse falsam lib. 1. Canon. quest. c. 22. n. 21. & 22. quam etiam esse communem Theol. proficitur Manuel Rodrig. ubi supra, & est communis Theolog. probabilissima, ut plures allegans, nempe

D. Thom. numero 4. distictione 29. questione vnic. articulo 3. questiuicula 3. & alios, & nos aliosque iuristas proficitur idem Sanchez lib. 5. dispensatione 8. numero 3. tametsi numero 5. contrariam sententiam Canonistarum, & aliquorum Theolog. probabiliorum existimet, & probet, & in specie in conditione inter inhables, si Papa dispensauerit, ibidem Sanchez numero nono & decimo. Ergo cum praed. matrimonium etiam de praesenti celebratum sub conditione de futuro, de praesenti, vel de praeterito non sit statim matrim. de praesenti, quousque constet conditionem esse verificatam, sed sponsalia de futuro, etiam si fuerit celebratum per verba de praesenti, consequitur, quod licet principio praesentes fuerint parochus, & testes, attento Decreto Sancti Concilij non sufficere, cum non fuerit matrimonium de praesenti, sed tantum sponsalia de futuro, sed requiritur nouus consensus de praesenti coram parochi, & testibus puris, & perfectis, quo celebretur matrimonium de praesenti, ut post Concil. Trident. cum communi Theolog. proculdubio seruanda testatur Didac. Perez in l. prima, titulo primo, lib. 5. Ordin. filio 41. quem nos sequitur sumus & merito d. cap. 22. sub d. numer. 22. ibi, quae hodie proculd. accedat, quia Concil. Trident. exigit, ut parochus, & testes assistant verò matrimonio, quod tale est simpliciter, & inducit vinculum indissolubile, ut de illo testificari possint, sed illud matrim. conditionale, non est simpliciter matrim. sed sponsalia de futuro, ut probauimus, nec indissolubile, nec possunt vere parochus, & testes verificari de matrimonio contracto, cum illud pendeat a conditionis verificatione futura, vel de praeterito, aut de praesenti: ergo nullo modo est matrimonium: & confirmatur, quia finis Concilij est, ne possint sponsi ad alias transire nuptias, cum de prioribus minime constet Ecclesiae, sed hoc inconueniens minima cessat, si parochus, & testes non intendant verificationi conditionis, ergo non est matrimonium absolute.

Tertio, quia super verificatione conditionis potest esse controuersia circa praesentiam parochi, & testium, nempe verum conditio de futuro sit postea verificata hoc vel illo modo, aut forma debita, vel conuenta, vel non, & idem in conditione de praesenti, vel de futuro an tunc sic habuerit necne, & praeterea, an testes hoc sufficienter deponant, vel an sint habiles, integri, & legitimi, vel contestes necne: ergo non potest hoc matrimonium absolute censeri validum, nisi de nouo pure, & cum vera certitudine, & nouo, consensu de praesenti puro, & irreuocabili, & non conditionato coram parochi, & testibus celebretur.

Quarto, quia in dubio, & in concursu duarum opinionum securior, & communior Theologorum est tenenda, & sequenda, ne matrimonialis contractus periculo nullitatis subijciatur, & quamuis in foro conscientiae, stante verificatione indubia conditionis possit teneri, & defendi opinio Nauar. Manuel, & Sanch. atque in foro exteriori verior, & receptor est prima opinio contraria, quam defendimus cum communi Theologorum, quam communem esse proficitur Manuel ubi supra contra suam, & Nauar. opinionem. Ergo sequenda est communis Theologorum, & nostra tanquam verior, & securior, quamuis ambae possint esse, & sint probabiles, sed Theologorum, & nostra multo quidem probabilior, & tenenda in iudicando, & consulendo; praemaxime post Concil. Trident. & cum his cessat disputatio septima eiusdem Thom. Sanch. lib.